

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10**

**Gamans, Johannes**

**St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758**

Cap. XVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

per diuturnam infirmitatem à Domino misericorditer  
castigata et exanimata felicissime diem clausit ex- 107.  
tremum 7. Cal. Nov. et in civitate Leucorum s. qua Tul-  
lum vulgo dicitur: ab Episcopo loci honorifice sepelitur.

De Friderico isto ad an. præcedentem 1091. Hoc quoque  
anno 3. Cal. Jul. decepsit Fridericus, hic comes sub habitu  
faculari more S. Sebastiani strenuissimus miles Christi fuit,  
videl. Ecclesiastica religionis ferventissimus amator, et  
catholica pacis indefessus propugnator. Hunc Ven. Papa  
Gregorius, hunc beatus Anshelmus Luceus Epus, quasi  
unicum filium amaverunt; hunc Clerici et monachi  
imo omnes Religiosi ferventissime dilexerunt, hic in fide-  
litate S. Petri contra Schismaticos usque ad mortem studio-  
sissime certavit, in cuius etiam festo de hujus vita erga-  
pulo creatus, eidem in caelesti patria creditur associatus.  
Erat autem filius Domina Sophia et Ludovici Comitissæ,  
qua erat matertera Comitissæ Meckildis, qua cum Dño  
suo Welfone Duce in Italia contra Schismaticos mul-  
tum laboravit.

De Sophia idem ad an. 1093. Nobilissima Comitissa So-  
phia vidua Ludovici Comitissæ, mater p. m. Beatrix  
Ducis et Friderici Marchionis in senectute bona, cum jam  
multos filiorum videret, diem clausit extremum.

## Cap. XVII.

De Hermanno I. Marchione Badensi.

Qui cap. III. adducti sunt testes de Zeringensi Hermanno,  
plerique omnes etiam de Badensi meminere, et me hic  
parte laboris sublevant, monendus tamen est lector,

quod Guillimannus, Bierpordius, et Vignierus illum Hermannum I. hunc II. numerant; Historius hunc etiam II. appellat, sed addit inter Badenses I. Ego cum in fronte Libri Badensium et Hochbergensium Principum Genealogiam appromiserim, Badenses inde numerare incipio, ubi nomen ipsum capit, idem facturum in Hochbergensibus Hermannus igitur, Hermannii Marchionis beatae mem. filius, Ducis Bertholdi II. fratruelis, Bertholdi III. patruelis, dictus quandoque Marchio de Limburg, quod in castro huius nominis, haud procul Brisaco; ubi avus Bertholdus diem extremum clauserat; commorari consuevisset, frequentius autem praesertim in actis publicis, ac Caesarum Diplomaticis, Marchio nullo alio titulo addito appellatus est, quorum omnium auctor; qui fidem omnino meretur; Historius in chartis antiquis an. 1093. 1109. 1111. 1112. conscriptis hoc se reperisse asseverat. Cui etiam in hoc deferrem, ut crederem post matrimonium initum dici cepisse Hermannum Marchionem Domini in Baden: Ex quo Comitatus Badensis inferior per Fudintham, unicam heredem, ad ipsum pervenerit. Si aliquod saltem Comitatus illius vestigium invenirem, quod tamen nusquam reperio. Ajunt quidem, Comitatum Badensem vel a Friderico I. vel ab Ottone III. Imp. institutum, quando Comes Ebersteinicus Giselbertus Lotharingo adversus Caesarem adhaerentes, debellavit, voluntque, hunc Ottonem aliquam suarum partium constituisse Comitem, qui hanc Aleni plagam fueretur, et in fide Caesaris retineret, assignata Comitatus Ebersteinici parte aliqua, puta Cuppenheimio, quod ex munitionibus tunc oppidis erat, Rastadio, aliisque adiectis etiam, quae ad Weissenburgensem Abbatem antea spectaverunt, Etelinga ipsaque Badena, ex qua Comiti nomen inditum.

Verum quis ab Ottonis temporibus usque ad an. MC intra annos ferme ducentos de ullo Badens inferioris comite quicquam inaudit? quis historicorum aut Chronographorum aliquem ex hac familia nominat? Scimus ex illustri Lenzburgiorum Comitum Stirpe quosdam Badens, Ergovios, sua ditionis oppido comorari solitos, exinde Badenses Comites s: non tamen nisi post annum MC. dici coepisse. Sic in Annalibus Heremi Deyara ad an. 1130. Lutoldus Baro Regenspurgius Heremitis Uaram donat, in Comitatu Udalrici Comitis de Baden sitam; Donationi interfuit Arnoldus Comes de Baden Udalrici filius.

An. 1137. Udalricus Comes Lenzburgi, dictus de Bada, instrumentum dedit pro propositura Uara, quo fatetur, illam in suo Comitatu Bada sitam esse, et pertinere omni proprietate ad Eremitas. Cunradus quoque Imp. in Diplomate quodam dato in Obsidione Castri Weispergan. 1140. meminit Werinheri Com. de Baden, et Udalrici de Lenzburg &c. de inferioris autem Badens comitibus altum ubique silentium. Sicut ergo in deducendis ab origine Veronensi Marchionibus multitudo errantium fecit, ut nullus crederetur error, sic in hac quoque Badens nomis a signanda origine communis error invaluit, ut nemo non credat, Hermannum uxorem fuisse filiam unicum heredem inferioris Comitatus Badens, qui tamen Comitatus in concavo luna, vel in Utopia, non hic ad thesaurum quarendus est, cum nemo se comite Badensem s: prater Ergovios paulo ante memoratos: ullis usquam tempore dixerit aut scripserit. Non interim nego, hunc, de quo hoc capite agimus, Hermannum Marchionis Badens titulum gessisse, quod ex Gotharj Imp. Diplomate, infra allegando, certum; fatetur etiam, has terras Marchia Badens nomen tunc primum accepisse; nec inficiabor, eas dotis nomine ad Hermannum pervenisse, suum aliouin patrimonium in Brisgovia

et Hercinia habentem. Cogor itaque edicere, cuius  
 filiam duxerit Hermannus, quo non solum locum  
 Thermarum seu Badenae inferioris oppidum, sed tota ista  
 Obeni oram, hinc ferme Spiram usque protensam, qua  
 Marchia Badensis nomine includitur, in dotem illi af-  
 ferre potuerit? Et si Hermannus Sacer nullo modo dictus  
 sit Comes Badensis, quoniam alio titulo usus fuisse  
 comperitur? Dicam atque ambagibus: Sacer Hermannus  
 ex mea sententia non alius fuit, quam Bertholdus fun-  
 dator Monasterii Gottsaugiensis, de quo supra: quem Dur-  
 lacensis hunc oppidi ac regionis circumjacentis Dominum  
 fuisse certum est. Ellingam vero et Bradenam pariter  
 sub sua ditione habuisse nimis quam probabile, quando-  
 quidem praeter Ebersteinos: ad quorum Comitatum nunquam  
 ista loca pertinuerunt: nullus alius his temporibus ce-  
 peritur ad hanc Obeni plagam Comes: Titulus autem non  
 alio usus est, quam comitis de Hohenburg, ex illa enim  
 fuit familia opulentissimorum Comitum de Hohenburg  
 quod Castrum a Rotwila Imperiali oppido non longe di-  
 stat: tota Neccargovia et Hercinia late dominantium,  
 qui Herbae ac Rotenburgi ad Nidrum conditores vel in-  
 stauratores fuerunt. Fines demum suos ad Obenum usque  
 ut in Bertholdo isto cernimus: profulere, comitatu  
 Vorchheimensi: sic in Henrici V. diplomate Confirmacionis  
 Gottsaugiensis supra citato appellatum legitur, quod  
 nos nunc Pförtzheimium dicimus: suis ditionibus ad-  
 jecto. Quamvis autem Cosarum istud diploma situm  
 loci accurate describat, quod nimirum sit in provincia  
 qua dicitur Teutonice Francia: quod nomen inde  
 a Dagoberti temporibus his Terris adhaesisse vidimus:  
 in pago, id est, regione seu districtu Albegaua, ver-  
 nacula lingua: des Albgaw, ab Alba fluvio regione  
 interfluente, qui etiam Ellingam pertransit, in  
 Comitatu Vorchheim, hodie diceremus Pförtzheim in  
 sylva, qua dicitur Luoshart: hoc nomen adhuc  
 retinet sylva: tamen fundatoris solum nomen edit,

agromen seu titulum plane retinet. Constructum, III.  
inquit, a quodam Comite Bertholdo. Itaque hinc  
nihil lucis, verum in pontificio Bulla, qua Cal-  
ixtus II. fundationem ratam habet, qua in originali  
adhuc integra, et omni ex parte illosa ad manum est,  
disertis verbis et nitido caractere scriptum invenio.  
Bertholdum comitem de Hohenburg. Sic inquit Bulla:  
Calixtus Epus, Servus Servorum Dei, dilecto filio,  
Burcardo abbati Monasterij S. Mariae, quod in Spirensi  
Barochia, in loco, qui Godespova dicitur, situm est, ejusq;  
Successoribus regulariter substituendis in perpetuum.  
Officij nostri nos hortatur auctoritas, pro Ecclesia statu  
salvagere, et quae recte statuta sunt, stabilire. Siquidem  
illustri Vir Bertholdus Comes de Hohenburg, beata  
Mariæ Monasterium, cui dilecti in Christo filii  
praesides in pradio suo in loco, qui Godespova dicitur, pro-  
prio constructum sumptibus, beato Petro ejusq; Romano  
Ecclesia sub censu annuo unius Spirensis monetae de-  
narij obtulit, et nos ergo ejus devotionem laudabilem  
perpendentes, et suis precibus annuentes, oblationem  
ipsam ad honorem Dei et beati Petri Apostolorum  
principis, cum omnibus ad eam pertinentibus, prote-  
ctione Sedis apostolica communitus, statuimus enim &c.

Subscripsit sua manu Pontifex in hunc modum X:  
Ego Calixtus catholica Epus Ecclesia: laudans  $\frac{55}{22}$   
III. Datum Laterani per manum Grisogoni S. R. E.  
Diac. Cardinalis ac Bibliothecarius Huyskt: Aprilis  
Indict: XV. Incarn. Dñis: anno MCXXII. Pontif. <sup>4us</sup>  
aut. Dom: Calixti Sedi B. D. ann. viij.

Crediderim, hanc Bullam Auctori Genealogia MS.  
Marchionum, quae circa an. 1500. a quodam non magni

judicij homine confecta et archivo reposita est, in manus venisse, qui pro Hohenbure, Hochburg: nullas inter hac differentiam esse ratus / substituerit, ac de suo cerebro Badenam adjuvens comitem Badenensem pariter et Hochburgensem effinxerit, idcirco in suo Schediasmate hac verba posuerit: *Ed Annum 1581: König von Gairnig: / Hunn Hannuan forni Juffa nin Lobstus Inu Gairnig Badau mit Joffburg, marst die gairnig Gairnigst Nidarbairn Gairnig Mannigstium &c.* Et hic mihi videtur fons erroris, in alios deinde rerum Badenensium Scriptores dimanantis, quos frontispicium scripti illius valde speciosum: *Inu 1581 Blitbaum Inu Lobstus Juffa Mannigstium zu Baden mit Joffburg &c.* Decepit et in sententiam traxit. Sane Theod. Biesopodius, vir eximius, in vita Rudolphi I. Caesaris, hanc MS. Geneologiam Marchionum Badenensium se in manibus habuisse gloriatur, et putat, se inde eruisse et in lucem protraxisse genus Imperatricis Anne inter Chronographos aliqui controversum, an recte, videbimus suo loco. Ego tale comperi istud MS. ut, si ejus ductum sequi vellem, cogerer sepius noctem fateri diem. Talebit hoc decursu hujusmodi opusculi, non enim reticabo, quo auctor ille trahat, etiam si non semper probaturus.

Claret igitur jam etiam prima Badenensis Marchionis nipa genus, cuius saepe dolui vicem, quod progenitores tales nacta esse diceretur comites Badenenses, qui ab Ottonibus ad Henricos sesqui secula et ultra nihil memoria gessissent, nulli ex Chronographis

graphorum, ne vel in matrimoniis contrahendis : 113.  
aut feliabus nuptui dandis scribendi materiam pro-  
curarent. Ab hac enormi obscuritatis nota ipsam  
vindicat suprema auctoritatis testis Calixtus Papa,  
jam tum vicem hanc rependens Domini Badenensi pro  
devotione in Sedem Apostolicam singulari profusus  
quam Cap. proced. vidimus: / ut Apostolicis Literis po-  
neri ab insigni errore circa primam suam parentem  
liberarentur. Apparet hinc quoque, quam sit pietas  
ad omnia utilis, dum providente Deo etiam fama et  
honor in terris per nos illas familias, quae morasteria  
olim et loca divini Cultu dicata extruxerunt, dic-  
turnior est, quam per nos conditores Urbium, et quos-  
cumque alios, qui nominis aternitatem vanis osten-  
tationibus insanoque laboribus quaeperant.

Ut jam ea, quae hactenus dicta sunt, in faciem  
colligam, sic status: Marchionem Thermanum, qui  
dum Limburgum, Brisgavia arcem inhabitaret, vel  
go Marchio de Limburg, vel a Domo patria Marchio  
de Zeringen dictus fuerat, a Bertholdo Comite Ho-  
henburgio, non ad Necarum tantum, sed etiam ad  
Rhenum amplissimas possessiones habente, filiam  
Judintham in Conjugem, Badenense oppidum cum cir-  
cumjacente regione in dotem accepisse, habitationem  
sibi illic delegisse, Castrum / ut opinor: / cuius nunc  
ruinosa Badenam veterem appellamus, extruxisse,  
eam ut plurimum incoluisse, et inde a vulgo primus  
postea etiam a primoribus et Caesaribus Marchionis  
de Baden appellatum, hoc idem nomen ad posteros



114. Transmisisse, absq; eo, ut illi Badena inferioris  
Comites preceserint.

Quod ut certius tibi persuadeas, etiam hoc accipe,  
falso plane fundamento superstrui, Comitatum hujusmodi  
Badensem et spoliis et ruinis exsurrexisse Ebersteinio-  
rum, ab Ottone Cesare debellatorum. Bella cum tri-  
bus fratribus Ebersteiniiis habuit Otto /: res nota est:/ at  
non illos debellavit. Caesaris de Gisilberto, Eberhardo,  
ceterisq; hostibus, etiam de Argentina subacta et pene  
excisa triumphantis ac victoriosi, totis deinde viribus  
in Ebersteinios irruentis, impetum sustinuerunt herces  
isti, obsidionem pene triennalem in castro suo fortiter  
tulerunt, hostem sexcentis a spiliertem sexcentis  
repulerunt, ut Caesarem tandem astu agere non pu-  
derit, qui invitata Spiram ad ludos equestres no-  
bilitate, quod sciret, non emanuros fratres Eber-  
steinios, neq; occasionem ostentanda dexteritatis  
sua neglecturos /: nemo enim tali loco et tempore  
pro hoste habebatur: / sperabat, finitis ludis, ante  
quam illi ad suos revertissent, aggressione denuo  
facta, castrum expugnari posse: et venerunt quid-  
illi, inq; equestribus exercitationibus laudem dele-  
runt, moniti vero inter choreas a famina nobili  
de arcis amittenda periculis, ut Caesari doli doli  
eluderent, aureos centum in primum victoria  
postero die deposuerunt, ipsi vero eadem nocte trans-  
misso Rheno domum rediere, suaq; presentia effecerunt,  
ut rursus irrita caderet oppugnatio non sine strage  
invadentium, mispos a Cesare viros nobiles, qui

115.  
velut de pace acturi, explorarent, an non obsessu  
rebus, ad victum necessariis destituerentur, liberali-  
ter exceperunt, frumenti acervos ultro ostenderunt,  
parum illud, quod supererat, magnis quisquiliarum  
cumulis, linteis lectis, tam dextre circumponentes,  
ut parva rei magna ostentatio spectatorem falleret.  
sic et vina e dolibus sat magnis promere visi sunt,  
sed ad fraudem compositis: cum proinde Cesari ve-  
nunciarent hi, quos miserat, annonam obsessis ad-  
huc in annos suppeteret, oppugnare desistit, et juvenes  
tam egregios in clientum, quam in hostium numero  
habere maluit, uni eorum, cui Eberhardo nomen,  
sororem suam sponsam obtulit, ac nuptiis magni-  
fice celebratis hunc suum sororium: cum tunc forte  
mittendus esset Romam legatus: ad summum Pontifi-  
cem ablegavit, et quia inter Ecclesia Romano ritus  
hic unus est, ut Dominica, quo latere dicitur,  
Pontifex rosam factitiam et ex auro et gemis, ver-  
bis sacris benedictam, in processione circumferat,  
eamque honoratiori ex adstantibus donaret, sororio  
Cesario hoc donum eo anno obligit, cujus et iussu  
pro insignibus gentilitiis deinceps habuit rosam  
qualis illa fuerat: purpuream cum Saphyro ca-  
rules in medio rose scuto candido impositam, qui  
antea in scuto aurato aprum solummodo nigrican-  
tem habuerat, retinet in hodiernum diem illa in-  
signia rose cum Saphyro Stirps nobilissima comi-  
tum Ebersteiniorum, et, qui maternum genus

inde Trahentes partem Comitatus possident, Comites nimirum Cronsfeldij et Wolkensteinij, quique partem ejusdem dimidiam emptione ante aliquot secula acquisierunt Marchiones Bradenses. Proinde nemo me fabulam narrasse putet, agnoscat potius fabulam me refutasse, qua fingebatur erectus ex Ebersteinis familia ruinis comitatus Bradensis, cum tamen hic nunquam comparuerit, illa vero et Ottonum temporibus et postea magnis opibus ac potentia florere perrexerit, adeo ut Monasteria amplissima utramque Albam Dominorum, ut vocant, et Dominarum, idest, Cisterciensis Ordinis Monachorum, et Benedictini Monialium nobilium in suis terris Ebersteinij Comites fundaverint, ac magnifice dotarint.

Obiici mihi potest, si Hermannii Uxor filia fuit fundatoris Gotsaugiensis, cur in Henrici V. Caesaris diplomate inter Liberos ejus non recensetur? Sitenim illic mentio filij Bertholdi, filiarum Lu-garda et Mathildis, nulla vero Judintha.

Respondeo ad hæc objecta: Judintham eo, quo fundatio facta est, anno 1093. non amplius in paterna domo fuisse, sed marito jam copulatam: quod inde colligo, quia an. 1172. decepsit, liberos relinquens pueritiam egreptos, quam tamen et fratri et Sororibus supervixisse opinor, etiam ante annum ejus seculi decimum sextum patrum  
 norum

117.  
norum bonorum solam heredem existisse, quando in-  
ter caetera Barchinangense oppidum ad Muram amnem,  
tribus ab Hailbrunnā miliaribus situm, in mariti  
ipsius Marchionis Hermannii potestatem venit, qui  
consentiente conjugē Ecclesiam illuc honori Deiparae  
ac divi Pancratij Romani quondam militis et pracla-  
ri martyris cum canobio seu Propositura regularium  
Canonorum, instituta D. Augustini sedantium, con-  
struxit ac dotavit anno, quem dixi, 1116. quo et Pascha-  
lis II. Pontifex max. fundationem hanc ratam habuit,  
Bruno vero Epus. Spirensis a<sup>no</sup> demum 1122. suo quoq;  
calculo approbavit. Non ignoro Crusium Propo-  
situram hanc antiquiorem facere et à Rudolpho  
quodam Comite vel Barone Weisbachensi ejusq; uxore  
Gilmetha an. 911. institutam aperere; id si verum  
est, collapsam nihilominus illo ducentorum a<sup>no</sup>rum  
spatio fundationem hujusmodi fuisse credendum est, ut  
de novo erigi necesse habuerit.

Quae apud veteres Chronographos, aut in Caesarum  
Diplomatis Hermannii Marchionis; plerumq; nullo ad-  
dito agnomine, subinde tamen Badenfi titulo inter-  
misso; mentio fiat, hic subiungo.

Anno MCXI. Henricus V. Rex Rom. V. idus Apr. Do-  
minica Quasimodog. intravit pacem et amicitiam  
cum Paschali Pontifice, datis invicem Obsidibus, fecit.  
Pontificis nomine dedit Petrus Leonis filium Gratia-  
num et duos, alterum ex filio, alterum ex filia,

nepotes; Cæsar vero Hermannum Marchionem Baden-  
sem, comitem Goffridum a Calve, Volmarum Hombur-  
gensem, et Adelbertum Halpurgensem: Hoc ex Do-  
dechino, illorum temporum Chronographo, Guillimanus.

Annales Heremi Helvet. an. MCXI. Henricus V. ad  
instantiam Geranis Abbatis privilegia Heremi confir-  
mavit Argentina VII. Non. Oct. ad stipulatione presentium  
Regni Principum, videlicet Archiepiscoporum Alb.  
Mog. Brun. Trevir. Cui. Sulzb. Episcoporum Burde-  
Monast. Brunon. Spirens. Lunonis, Strasburg. Albe-  
ronis, Metensis, Richardi Verdun. Eberhardi Cisse-  
tensis, Ulrici Constantiensis, Rudolphi Basileensis Epi,  
Friderici Ducis, Herimanni Marchionis, Comitum quoque  
Godofridi de Caloen, Friderici de Julra &c.

Friderici Ducis nomine intellige patrem Friderici  
Barbarossa Imperatoris, Fridericum Unoculum Suevis  
Ducem.

Anno MCXIII. Abbati S. Maximi bona ab Emichone  
comite ablata Cæsaris auctoritate restituntur inter-  
ventu fidelium nostrorum s. ait in Diplomate Vormatis  
dato VIII. idus Apr. Henricus Cæsar: / Brunonis Treviren-  
sis Archiep. Friderici Ducis, Hermanni Marchionis,  
Godofridi et Manegoldi Calatironum Comitum.

Anno 1134. Murensis Monasterij fundationem confirmat  
idem Imperator, et testes rei gesta nominantur Fri-  
dericus Dux, Bertholdus Dux, Godofridus Com. pa-  
latinus, Hermannus marchio, Arnolchus de Centze-  
burg,

Burg, Ulrichus et Albertus de Vroburg, Adelbertus de 119.  
Halberburch, Rudolphus de Fricca, Berchtoldus de Nu-  
ringa, Fridericus de Zebra.

Eodem anno, dum Suintenses inter et Heremitas conventio  
de finibus Caesaris ac Principum arbitrio dirimeretur, af-  
fuit inter hos Herimannus Marchio.

Anno 1129. Comitibus Basilea a Lothario II. Imp. indictis  
interfuere Principes Ansericus Archiep. Vespontinus, Bruno  
Epus argentinenfis, Ulrichus Constant. Otto Halberstad. Epi,  
Rudolphus abbas Augia, Bertholdus abbas Murbaci, Cun-  
radus Dux Feringia, Hermannus Marchio Bradensis,  
Sigebertus comes Saxonia, Ulrichus com. Egesheim. Adel-  
bertus com. Habsburgi, Wernerus comes Homberga, Berch-  
toldus comes Neuburgi.

Anno sequente 1130. vivere desit Hermannus, et in con-  
ditorio, quod sibi suiq. Bachranga paraverat, quo conju-  
gem octennio ante defunctam intulerat, honorifice se-  
pultus. Elapsis exinde aliquot saeculis anno nimirum  
1513. cum Ecclesia collapsa vel incendio vastata restaurare-  
tur, quia Marchionum quoq. vetera monumenta flamma  
corruerant, cineres inde exempti in choro novi templi  
ante Aram sumam terra rursus mandati decumana  
saxa superimposita et tabula aenea saxo affibulata  
iung, epitaphia fusili opere inscripta, quae hui sub-  
jungo

Haec cubat Hermannus Badensis Marchio Tumba,  
 Cui Claustrum et Templum conditor hujus erat.  
 Anno milleno moritur, centum quoque subdas  
 Tergz decem a puero, quem pia virgo parit.  
 Haec dum transferitur cum posteritate fluebant,  
 Quindecies centum cum Tribus adde decem.

Quobus aliis lapidibus sepulchralibus insignia eadem  
 praefixa et haec tetraesticha inscripta cernuntur:

Filius Hermannii jacet hic Hermannus et alter:  
 Potem firmavit, auxit et ipse patris.  
 Illius et genitrix Judintha putatur adesse,  
 Bertha simul conjux nomine quartus erat.  
 Hoc fratrum alterius fuerit sive ille Rudolphus  
 Hermannusve, jacent opera sepulta loco.  
 Quando monasterium consumpsit hosticus ignis,  
 Hi reparatores instituire novum.

Oportet ita corrupta fuisse vetera monumenta ruinis  
 et incendio, ut vix aliquid ex eorum inscriptionibus  
 legi potuerit.

B. Judintha virgo Hermannii I. filia suum quoque habet  
 epitaphium cum praefixis insignibus hunc in modum



Folia fundatoris jacet haec Iuditha sub urna,  
virgo ferens nomen matris ut ante fuit.  
Ex tumulo hoc quondam suaves existis odores  
ut pia plebs sanctam predicet atque putet.

Nomen hoc Iuditha praeter virginem istam ejusq; ma-  
trem et aviam etiam Ducissa Suevia eodem aeo vivens  
mater Fridorici I. itemq; Welfonis Bavaria Ducis uxor  
an. 1094. mortua, ac fortassis alia quoq; illustres fami-  
na habuere; erant vero, qui pro Iuditha Iutham et Imul-  
tham vel etiam Juditham scribunt, nam epitaphia ista  
ego diligenter inspexi, an fortassis littera N. surreperit  
et nil tale comperi, sed et Bertholdus Constantiensis, qui  
Hermannii I. uxorem laud dubie non solum de nomine  
sed etiam de facie noverat, non aliter quam Iuditha  
vocat. De Insignibus Hermannii I. ejusq; posterorum,  
re ea omnino silentio praeteream, talia sunt, qualia  
familia antiquissima habere consueverunt, in campo  
aureo seu baltheus ruber seu semita purpurea heros  
denotat, sanguinis sui pro Repub. prodigos, cornua arie-  
tis galea imposita fortitudinem et impetum in hostes  
animose factum signant. Talia et olim Reges Gallis  
in bello gestatio applicuisse legimus, nam Plutarchy  
et Pyrho agnitus fuit, inquit, ab eximia crista et  
cornibus hircinis; idem de Sapore Caesarum Rege, A-  
midam oppugnante, refert Ammianus Marcellinus l. 9.  
quod aureum Capitis arietis figmentum interstinctis  
lapillis pro Diademate gestavit.





122. De liberis ab Hermanno I. relictis falluntur egregie, qui MS.<sup>o</sup> supra a me damnato inhaerent. etiam vir optimus Gabriel Bucelinus. Quod ut agnoscant et ex ipsius authoris verbis eum iudicent, ea hic subnecto, in quibus palpari manibus ipsius errores possunt. ait: redeuntem ab Italia an. 1105. Henricum IV. eum adduxisse consanguineum suum Hermannum Veronensem in Germaniam. Consule Historicos et Chronographos, comperis nec illo nec precedente anno Henricum Italiam vidisse, nec pedem in ea posuisse, comperisse. His natalitio an. 1104. a filio Henrico V. regno exutum, qui potuit igitur anno tali ab Italia redeuntem esse, novos Principes creare? 2.<sup>o</sup> ait, eundem Henricum IV. despondisse Hermanno Futham, Comitatus Bradensis et Hochbergensis heredem. Inspice epitaphium uxoris Hermanni, non Futham sed Judintham invenies, Comitatum autem Bradena inferioris cuiusquam tunc in orbe Ferrarum. 3.<sup>o</sup> decessisse illud tradit an. 1123. atque Septenio adhuc superstitem fuisse sepulchralis inscriptio docet. Si ergo in his omnibus fallitur et fallit Scriptor ille, quidni et in hoc, quod nullum ex primo Hermanno genitum Hermannum, sed alios filios memorat, Albertum, Vernherum, Rudolphum - Quod b. Judintham filiam rejicit, eiq. aliam substituit Cunegunden, Burchardi comiti Sulzensi nuptam, mihi certo Hermannu II.

non eripiet, sed nec Juditham virginem publica fa- 123.  
na sanctam. Albertum non in hujus aulicis, sed in  
Pistorij gratiam agnoscam, qui in caesareo quodam diploma-  
te an. 1156. ejus fieri mentionem dicit. Ceteros in me-  
dio relinquo.

## Cap. XVIII.

De Patruelibus Hermannii I. Marchionis Ba-  
densis Bertholdo III. et Cunrado Zeringia Ducibus.

Bertholdo II. ad annum, ut supra diximus, MCXI.  
vita functo successit in Principatu III. ejusdem nominis  
Bertholdus, de quo Annales S. Petri. Bertholdus  
prior natus, cum in Ducatum successisset, civitatem  
Friburgensem condidit anno Dominica Incarnationis  
1118. et postea cum comite de Tachsberg in vicum  
quendam Alsatiae Molsheim dictum descendens vio-  
lenter hospitatus est, et ab irruentibus Civibus,  
sociis suis dissipatis, indigna morte peremptus anno  
quarto, postquam civitatem novam condidisset,  
et sepultus est in capitulo nostro ante sedem Abbatis  
anno MCXXII. Huic liberi non fuerunt. Hujus uxor  
Sophia nomine Soror Henrici Ducis Saxoniae, postea  
Comiti de Stive nupta. Successit autem ei in Ducatu  
frater suus Cunradus, Rector Burgundiae, qui post